

se tenentis immediate ex parte ipsius actus, ut si sine necessitate...

559 Aliqui absolute dixerunt, nec etiam in tali casu posse licite reddi...

560 Quare melior, & facilius mihi videtur in hac difficultate regula assignata...

QUESTIO VIGESIMASECUNDA.

De Divortio, & Separatione Conjugum.

561 Divortium dicitur, vel à diversitate mentium, vel quia hi, qui matrimonium distrahunt, in diversis partibus eunt...

ARTICULUS PRIMUS.

An, & qualiter possit unus Coniux facere ab altero divortium ob illius adulterium.

562 Primo certum est apud Doctores, quod licet adulterium non sit causa sufficiens faciendi divortium quoad vinculum inter coniuges...

inferatur contra virum, eiusdem tamen speciei injuria inferitur uxori à viro adultero...

563 Secundo conveniunt Doctores, nomine adulterii, quod sufficientem divortii causam præbet, præsertim copulam consummatam intelligi...

564 Alia opinio negat, ob hæc peccata luxurie posse dari divortium, & ratio est, quia Christus Dominus in verbis Matth. cit. tantum ob adulterium permisit divortium...

565 Tertio disputant Doctores, num possit conjux ab altero divortium facere propria auctoritate...

gale debitum denegando; hæc enim est conditio per se inclusa in conjugali contractu...

566 Alia sententia asserit, per se loquendo non posse conjugem læsum propria auctoritate divortium facere quoad domum...

Conferuntur, quia vel conjux alter consentit quoque divortio, seu non reclamatur contra alium divertere tentantem...

567 Media sententia inter prædictas nobis statanda videtur, nempe per se loquendo non posse conjugem læsum propria auctoritate divortium quoad domum...

divortium facere; non quidem ratione adulterii precise inspec-

568 Rursus satis probabile puto cum Sanchez, Tanceredo, Coninchio, Hurtado, & eodem Brancato loco cit. si adul-

569 Quarto disputant Doctores, an vir non solum possit, sed etiam teneat dimittere uxorem adulterantem, & in adul-

570 Secunda sententia communis Recentiorum negat, virum teneri dimittere uxorem, etiam in adulterio persistentem, quod deducitur ex cap. Quemadmodum 25. de iureiurando s. ult. ita Sanchez, Tanceredo, Coninchus, Hurtados, Averfa, Caspensis, & alii Recentiores passim, quod etiam satis eviden-

quando enim non sit aliud medium preter divortium ad emenda-

571 Quinto tandem disputant Doctores, an factio divortio licitum sit utrique conjugii mutare statum, & quidem con-

562 Hoc tamen totum intelligendum est, ut declarat Averfa quæst. 23. sect. 8. quando adhuc innocens statum non muta-

dist. 35. quæst. 2.

A R.

ARTICULUS SECUNDUS.

An adulterium sit semper causa sufficiens ad divortium.

573 Doctrina generalis tradita art. præc. de divortio, quod unus conjugum ab alio iuste, & licite facere potest ob ejus

Primo itaque conveniunt Doctores, adulterium non sufficere ad divortium, tunc enim non licet alteri divortium facere, non solum quoad separationem habitacionis, sed nec etiam licet negare debum, sicut enim nec per viam pene, nec conventionis debet

574 Secundo conveniunt Doctores, adulterium non sufficere ad divortium, si vir sit causa fornicacionis uxoris, ut si eam prostituat, sive in concubina, exerceat, ita habetur ex cap. Discretionem: De eo qui cognovit transfugam, & quod verum est, sive invitata, & sponte consentit, & quando volente adulterare, vir ipse

575 Tertio conveniunt Doct, adulterium non sufficere ad divortium, quando ab utroque conjugio commissum est, ut constat ex c. Significasti 4. de Divortio, in tali enim casu neuter tuta conscientia potest alterum dimittere, quia injuria uni facta compensatur

tionem sufficere quodcumque alterius delictum, quod per se praebuit sufficientem divortii causam, & sic intelligi paria delicta id est, pariter per se sufficientem ad divortium, ita Soc. Paludanus Gabr. Palat. Tab. Sanch. Hurtados, Casp. Averf. Ponce, Coninch, & alii Recentiores passim. Unde non sufficit, quod unus unicum tantum commiserit adulterium, & alius plura non sufficit, inquam

576 Et hoc verum esse, dicunt, quamvis emendatus admonet, seu inducat alterum ad emendationem, & ad reconciliationem, & quia ea invitatio non extinguitur injuria invitato illata, nam ea invitatio, seu inducitur non est satisfactio pro illa. Verum melius respondendum in adulterio lapsus est. Ratio est, quia mediante admonitione conjugum correat, & emendatus sum declarat animum, & redditum ad primum statum, & quis acquirit, & præteritis delictis terminum compensationis imponit, ideoque deinceps se habet ad instar innocentis; quare ab altero adhuc in suo crimine perseverante, & contumaci iuste tunc poterit divortium facere absque compensationis oblatulo. Constat autem, quia siambo conjuges in adulterio lapsi essent, & post adulterium reconciliati fuissent, uno eorum relabente, postea alter divortium facere, ut concedit Hurtados loco cit. ex communium Doctorum sententia; sed hoc idem accidit in præserti casu, nam quando conjugum emendatus correat alterum, & admovet, offert illi reconciliationem, nec potest alter amplius ei opponere adulterium commissum, de quo penituit, & jam emendatus; ergo si alter post admonitionem emendari recusat, potest emendatus ab eo divertere. Ita Sanchez, Tancered. Coninch. Reginald. Henriquez, Petrus Ledesma, Averfa, Bonacina, & alii.

577 Quarto neque adulterium sufficit ad divortium, si innocens post divortium factum adulterare, tunc enim innocens postea factus nocens alterum emendatum teneat admittere, quia injuria sibi facta sufficienter compensatur per adulterium postea a se contra alterum commissum, ita Coninchus, Hurtados, Averfa, Caspensis, & alii contra Sanchez, Tancered. & Rebel. Quod verum esse dicunt, quamvis adulterium sit factum per sententiam Judicis. Ratio est, quia etiam post sententiam semper manet vinculum matrimonii, & tenetur alteri quamvis dimisso servare fidem; quare etiam post sententiam innocens adulterando conjugi dimisso injuriam infert, & tenetur alteri quamvis dimisso servare fidem; quare etiam post sententiam innocens adulterando conjugi dimisso injuriam infert, quæ postea compensatur injuria jam ipsi innocentis facta a dimisso, & consequenter jus ante a innocentis persistendi absque altero cessat, nam per sententiam non acquiritur jus adulterandi, sed tantum per eam declaratum fuit, quod habebat jus divertendi ab altero, quia sententia jus facit, non crimina fovet; ergo vere injuriam intulit, & consequenter est compensanda, quia quamvis sententia lata sit, illa tamen reflexa tantum statum præsentem, juxta quem lata est, & ideo non tollit ratione compensationis, si innocens in futurum fiat nocens; Quia quoad hanc partem nunquam hac sententia in rem judicatam transire censetur, quasi oppugnari nequeat, & rescindi, sed semper conjugum condemnatus audiri debeat, & veris probationibus adductis alterius delicti absolvi, & remitti.

578 Ex quo inferitur, cum, qui adulterium commisit post divortii sententiam, nondum mutato statu, teneri reconciliari sibi conjugem dimissam, etiam si ad hoc a Judice non compellatur; Quod si statum mutasset per professionem in religione, vel ordinum susceptionem, nec teneretur, nec potest jam redire, cum Religio jam in Religiosum jus acquisierit, quod fructibus est jure conjugis dimissi Dixi, si commisit adulterium post divortii sententiam, quia si antea commissum fuisset, & solum post sententiam latam detectum, rescinditur divortium, & compensatur delicta, & debet tamen in foro externo, quam interno matrimonio restitui, & sententia divortii a Judice lata rescindi, & conjugum dimissus ad dimittentem reduci sicut etiam sententia dissolutionis matrimonii ex aliquo capite nullitatis nunquam in rem indicatam transire censetur, sed semper poterit detecta veritate in primum revocari. Quod etiam verum est, si conjugum qui divortium petit, & obtinuit, interim statum mutasset, profertendo in Religione approbata, vel sacrum Ordinem suscipiendo, debet, enim adhuc, veritate postea detecta,

Vir-
tutum

Tt 2 da,

riissimi, hæc omnia tractant, & planè incuriam non semel sum admiratus Superiorum Seraphicæ Religionis nostræ in tota sua amplitudine, quod præfatam Athesani summam anno 1490. impressam adeò referant, & copiosam, ut nihil ferè in Recentioribus legatur, quod in ea non reperiat, nunquam per tot annorum spatium denuò imprimere studuerint, utpotè semper morum reformationi incumbentes, studiorum verò nunquam, cum tamen in his quoque præcipua pars honoris, & decoris Seraphicæ Religionis consistat. Post igitur integrum totius Philosophiæ, & Metaphysicæ cursum jam prædem in Lucem editum juxta nostræ Scholæ doctrinam, nostrique Doctoris principia, accipe nunc, benigne Lector, quartum hunc sententiarum librum totius Scholasticæ Theologiæ cõplemen tum juxta ordinem à Sententiariis observatum, cui ut in præcedentibus libris sum pollicitus, supremum Theologiæ Moralis

comum, si vita, & sanitas supererint, ut spero tuis orationibus suffus, adicere intendo pro conscientis præcæ dirigendis, in omnibus difficultatibus tam ad Scholasticam Theologiam, quam Moralem spectantibus mens, & sententia nostri Doctoris appareat. Interim D. O. M. nec non Beatissimæ Virgini Mariæ semper immaculatæ immortales gratias agens, itidem PP. Divo Francisco, D. Antonio de Padua, & Beato Andrea Mairio ejusdem Ordinis, cuius venerabile corpus Mutinæ in Ecclesia nostra quiescit, & hie etiam in sua patria Meldulensi insignes reliquias aservantur, & hic divina gratia, & horum coelestium Advocatorum patrocinio, Quòdem ad optatum finem pervenerim, semper ad ejusdem Omnipotentis Dei gloriam, Seraphicæ Religionis nostræ decorem, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ obsequium, & utilitatem, ejus correctioni omnia hæcenus à me scripta, & elaborata submitto.

F I N I S.

Bartholomæus Zanadius Publicus Corrector.

